

S. PAPIÆ

HIERAPOLITANI EPISCOPI

FRAGMENTA.

E QUINQUE LIBRIS DE EXPOSITIONE ORACULORUM DOMINICORUM.

I.

E PROEMIO. — *Apud Eusebium lib. III Hist. eccl., cap. 39, interprete H. Valesio.*

Nec pigebit ea quæ quondam a senioribus didici ac memoriæ mandavi, cum interpretationibus nostris ascribere, ut veritas eorum nostra quoque assertione firmetur. Non enim, ut plerique solent, eos unquam sectatus sum qui verbis affluerent, sed eos potius qui verum docerent: nec eos qui nova quædam et inusitata præcepta, sed illos qui Domini mandata in figuris tradita, et ab ipsa veritate profecta memorabant. Quod si quis interdum mihi occurrebat qui cum senioribus versatus fuisset, ex eo curiose sciscitabar quænam essent sententiarum dicta: quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, quid cæteri Domini discipuli dicere soliti essent: quidnam Aristion et Joannes presbyter, discipuli Domini prædicarent. Neque enim ex librorum lectione tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantam ex hominum adhuc superstitem viva voce.

Α Οὐκ ὀκνήσω δὲ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον, καὶ καλῶς ἐμνημόνευτα, συγκατατάξαι (1) ταῖς ἐρμηνείαις, διαβεβαιώμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον, ὡς περ οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ τοῖς τάληθῆ διδάσκουσιν· οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολάς μνημονεύουσι, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ τοῦ Κυρίου (2) τῆ πίστεως δεδομένας, καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγενομένας τῆς ἀληθείας. Εἰ δὲ που καὶ παρεκολουθηκῶς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνεκρινὸν λόγους· τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ τί Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος, ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος, ἢ τις ἕτερος τῶν Κυρίου μαθητῶν· ἃ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ, λέγουσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης.

Rufini versio.

Non pigebit autem nos tibi omnia, quæ quondam a presbyteris didicimus, et bene retinemus, recordantes exponere cum interpretationibus suis, et ut eorum veritas habeat, explicare. Neque enim multa dicentibus, sed vera tradentibus auscultavimus: neque his qui hominum præcepta, sed qui Domini mandata memorabant ab ipsa veritate suscepta. Quod si quando advenisset aliquis ex his qui secuti sunt apostolos, ab ipso sedulo expiscabar, quid Andreas, quid Petrus dixerit; quid autem Philippus vel Thomas; quid vero Jacobus, quid Joannes, aut Matthæus, vel alius quis ex discipulis Domini; quæve Aristion vel Joannes presbyter, cæterique discipuli dicebant. Nec enim tantum mihi librorum lectiones prodesse credebam, quantum vivæ vocis præsentisque magisterium.

II.

Ibidem paulo post.

Nunc vero quemadmodum Papias qui iisdem temporibus vixit, mirabilem quamdam narrationem a Philippi filiabus accepisse se refert exponamus. Scribit enim mortuum sua ætate ad vitam esse revocatum. Alterum quoque ingens miraculum refert de Justo, qui Barsabas cognominatus est; qui cum lethale poculum ebibisset, tamen Dei adjutus gratia, nullum inde accepit incommodum.

Γ Ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος διηγήσιν παρεληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου θυγατέρων μνημονεύει, τὰ νῦν σημειωτέον. Νεκροῦ γὰρ ἀνάστασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱστορεῖ. Καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰουστον τὸν ἐπικληθέντα (3) Βαρσαβᾶν γεγονός· ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος, καὶ μηδὲν ἀνδρὸς διὰ τὴν τοῦ Κυρίου χάριν ὑπομείναντος.

Rufini versio.

Memini sane idem ipse (Papias) de quibusdam mirabilius in opere suo, quæ prætereunda minime censeo. Per Philippi enim evangelistæ filias prophetissas hæc sibi tradita esse designat: mortuum resurrexisse suis temporibus dicit. Sed et de Justo cognominatus est Barsabas, refert miraculum ingens, quia venenum biberit; et nihil ex hoc triste pertulerit propter Domini fidem.

(1) Συγκατατάξαι. Ita legitur in codice Regio; et recte quidem, ut opinior. Certe Rufinus hunc locum ita legit, ut ex versione ejus apparet. Reliqui tamen codices Maz. Med. et Fuketianus cum Nicephoro scriptum habet συντάξαι. VALES.

(2) Τῆ πίστεως δεδομένας. In figuris tradita reddit Valesius. AL., fidei vel fidelibus tradita. Hæc transilit Rufinus.

(3) Βαρσαβᾶν. In tribus nostris codd. Maz. Med. et Fuk legitur Βαρσαβᾶν. VALES.

III.

Ibidem, paucis interjectis.

Ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προσεκτεθείσασιν A αὐτοῦ φωναῖς παράδοσιν, ἣν περὶ Μάρκου τοῦ τὸ Εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων. Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἐρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅτα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν· οὐ μὲν τοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ· ὕστερον δὲ, ὡς ἔφην, Πέτρω, ὡς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας· ἀλλ' οὐχ ὡσπερ σύνταξιν τῶν Χυριακῶν ποιούμενος λόγων. Ὡστε οὐδὲ ἤμαρτε Μάρκος, οὕτως ἕνια γράψας, ὡς ἀπεμνημόνευσεν. Ἐνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν ἠψεύσασθαι τι ἐν αὐτοῖς. Ταῦτα μὲν οὖν ἱστοροῦται τῷ Παπία περὶ τοῦ Μάρκου. Περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου παύτ' εἴρηται· Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραϊδὶ διαλέκτῳ B τὰ λόγια συνεγράψατο. Ἑρμηνεύσει δ' αὐτὰ ὡς ἡδύνατο ἕκατος (4)· κέχρηται δ' ὁ αὐτὸς μαρτυρίας ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας Ἐπιστολῆς, καὶ τῆς Πέτρου ὁμοίως. Ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς, ἐπὶ πολλῶν ἀμαρτίαις διαδληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἣν τὸ καθ' Ἑβραίου Εὐαγγέλιον περιέχει.

Nunc rem illam quam de Marco evangelista idem scriptor commemoravit, superioribus ejus verbis subnectemus. Aiebat etiam, inquit, presbyter ille, Marcum Petri interpretem, quæcunque memoriæ mandaverat, diligenter perscripsisse: non tamen ordine pertexuisse quæ a Domino aut dicta aut gesta fuerant. Neque enim ipse Dominum audiverat aut sectatus fuerat unquam. Sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est; qui pro audientium utilitate, non vero ut sermonum Domini historiam conllexeret, Evangelium prædicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita scripsit, prout ipso memoria repelebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quæ audierat prætermitteret, aut ne quid falsi eis affingeret. Hæc de Marco *Papias* narrat. De Matthæo vero sic habet: Matthæus quidem, inquit, Hebraico sermone divina scripsit oracula: interpretatus est autem unusquisque illa, prout potuit. Porro idem *Papias* testimoniis ex priore Joannis Epistola, et ex priore itidem Petri desumptis utitur. Aliam quoque exponit historiam de muliere, quæ multorum criminum eorum Domino, accusata est. Quæ quidem historia in Evangelio secundum Hebræos scripta habetur.

Rufini versio.

Nos tamen illud assumimus ex his, quod de Marco evangelista his protulit verbis: Etiam hoc, inquit (*Papias*), presbyter narrabat, quod Marcus interpret fuerit Petri, et quæcunque meminerat ab eo dicta conscripserit. Non tamen per ordinem ea, quæ a Domino dicta sunt vel facta, digesserit; quia non ipse Domini auditor fuerit vel sectator, sed novissime, ut dixi, Petro adhæsit ad usum ac ministerium prædicandi, non ad conscribendos Domini sermones. Itaque nihil peccavit Marcus in eo quod ita quædam scripserit, quasi qui sparsim audita recordari videatur. Et hoc solum satis egit, ne quid ex auditis omitteret, aut aliquid falsum scriberet. Hæc de Marco scribit *Papias*. Sed et de Matthæo ita refert: Matthæus quidem scripsit Hebræo sermone. Interpretatus est autem ea quæ scripsit unusquisque, sicut potuit. Hæc etiam de Matthæo. Utitur sane idem *Papias* testimoniis ex Epistola Joannis prima, et Petri similiter prima. Simul et historiam quamdam subjungit de muliere adultera, quæ accusata est a Judæis apud Dominum. Habetur autem in Evangelio quod dicitur secundum Hebræos, scripta ista parabola.

IV.

E LIBRO IV. — *Apud Irenæum lib. v Adversus hæres., cap. 33, num. 3 et 4, Interprete H. Valesio.*

Presbyteri meminere, qui Joannem discipulum Domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, et dicebat: Venient dies in quibus vineæ nascentur, singulæ (5) decem millia palmitum habentes, et in uno palmitate dena millia brachiorum, et in uno vero (6) palmitate dena millia flagellorum, et in unoquoque flagello dena millia botraum, et in unoquoque botro dena millia acinorum, et unumquodque acinum dabit viginti quinque metretas vini. Et cum eorum apprehenderit aliquis sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me Dominum benedic. Similiter et granum tritici decem millia spicarum generaturum, et unamquamque spicam habituram decem millia grano-

C rum, et unumquodque granum quinque bilibres similæ claræ mundæ: et reliqua autem poma, et semina, et herbam, secundum congruentiam iis consequentem: et omnia animalia iis cibis utentiâ quæ a terra accipiuntur, pacifica et consentanea invicem fieri, subjecta hominibus cum omni subjectione.

Hæc autem (7) et *Papias*. Joannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per Scripturam testimonium perhibet in quarto Librorum suorum: sunt enim illi quinque libri conscripti.

Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας, Ἰωάννου μὲν ἀκουστῆς, Πολυκάρπου δὲ ἐταῖρος γεγονώς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων· ἐπι γὰρ αὐτῷ πάντε βιβλία συντεταγμένα.

(4) Ὡς ἡδύνατο ἕκατος. Nicephorus habet ὡς ἡδύνατος ἕκατος: cui subscribunt quatuor nostri cold. Maz., Med., Fuk. et Sav. VALES.

(5) Decem millia, Voss. dena millia. MASSUET.

(6) Palacite. Forte barchio. GRAB.

(7) Hæc — testimonium perhibet. Perperam vertit

D interpretes Scribendum erat vel hæc testatur, vel hoc — testimonium perhibet. MASSUET. — Forte hoc scripserit idem interpret. Grabius pro hæc legit de his, in Spicil. tom. II, pag 31. Græca ex Euseb. Hist. Eccl. lib. III, cap. 39.

Et adjecit dicens: Hæc autem credibilia sunt A turæ a Domino perficientur? dixisse Dominum: credentibus. Et Juda, inquit, proditore non cre- Videbunt qui venient in illa (tempore). dente, et interrogant: Quomodo ergo tales geni-

V.

E LIBRO IV. — *Apud Maximum in Comment. ad Dionysii Areopag. cap. 7, De ecclesiastica hierarchia.*

Papias in libro quarto suarum Dominicarum Explanationum scripsit, fore in resurrectione voluptates quæ percipiuntur ex cibis. — Quin et Irenæus Lugdunensis episcopus libro quinto adversus hæreses idem tradit, ubi prædictum Papiam dictis suis testem adhibet.

Ὁ Παπίας ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν Κυριακῶν Ἐξηγήσεων, τὰς διὰ βρωμάτων εἶπεν ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολαύσεις. — Καὶ Εἰρηναῖος δὲ ὁ Λουγδούνου ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ τὸ αὐτό φησι, καὶ παράγει μάρτυρα τῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων τὸν λεχθέντα Παπίαν (8).

VI.

Apud Andream Cæsariensem in Apocalypsin, cap. 34, serm. 12.

Et Papias his utitur verbis: Alios ex ipsis, eos B videlicet qui pridem Deo adhærebant, angelos dispositioni mundi præesse fecit, iisque mandavit bene præesse. Et deinceps ait: Accidit vero ordinem eorum prorsus destrui.

Παπίας δὲ οὕτως ἐπὶ λέξεως· Ἐνίοις δὲ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν πάλαι θείων ἀγγέλων, καὶ τῆς περὶ τῆν γῆν διακοσμήσεως ἔδωκεν ἄρχειν καὶ καλῶς ἄρχειν παρηγγύησε. Καὶ ἐξῆς φησιν· Εἰς οὐδὲν δὲ συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.

VII.

E LIBRO IV. — *Apud Apollinarium in Catena, cod. xxiii, Bibliothecæ Coislinianæ, ex dit. Paris. Montfauc., 1713, pag. 66.*

Sciendum, Judam haud occubuisse laqueo (suspensum), sed vivum adhuc, antequam suffocaretur, corruisse. Idque patet ex Actis apostolorum: Et pronus in faciem factus crepuit; et quæ sequuntur. Hoc autem clarius narrat Papias, Joannis apostoli discipulus, dicens: Magnum impietatis exemplum in hoc mundo exstitit Judas. Cum enim adeo fuerit corpore inflatus, ut pervadere non posset; dum C plaustrum promptiore cursu pertransiret, plastro ita compressus est, ut ejus intestina diffusa sint.

Ἰστέον ὅτι ὁ Ἰούδας οὐκ ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ, ἀλλ' ἐπεβίωκεν κατενεχθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγθῆναι· καὶ τοῦτο δηλοῦσιν αἱ τῶν ἀποστόλων Ἠράξεις· Ὅτι πρηνῆς (9) γενόμενος ἐλάκισε, καὶ τὰ ἐξῆς. Τοῦτο καὶ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου μαθητῆς, λέγων (10)· Μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας· πρηνθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἀμάξης ῥαδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἀμάξης πιασθέντα (11) τὰ ἔγκατα ἐκκενωθῆναι.

VIII.

E LIBRO IV. — *Apud Œcumenium Comment. in Act. apostol. cap. 11 juxta ejus divisionem.*

Hoc autem planius scripsit Papias, Joannis apostoli discipulus, dicens: Ad magnum impietatis exemplum permansit in hoc mundo Judas. In tantum enim corpore inflatus ut progredi non posset, cum currus levi cursu pertransiret, curru compressus est, ita ut intestina ejus effunderentur.

Τοῦτο δὲ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου μαθητῆς, λέγων· Μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν Ἰούδας. Πρηνθεὶς (12) γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἀμάξης ῥαδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἀμάξης ἐπιέσθη, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι.

(8) Apud Photium cod. ccxxxii. Stephanus Gobarus Trithelta, se minime probare declarat οὐδὲ Παπίαν τὸν Ἱεραπόλειως ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, οὐδὲ Εἰρηναῖον τὸν ὄσιον ἐπίσκοπον Λουγδούνων, ἐν οἷς λέγουσιν, αἰσθητῶν τινῶν βρωμάτων ἀπολαύσειν εἶναι D τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Neque Papiam episcopum Hierapolitanum et martyrem, neque Irenæum sanctum Lugdunensium antisitem, ubi dicunt quorumdam ciborum sensibilibus fruitionem esse regnum cælorum. Hinc colligit Grabius, cum Maximum tum Gobarum, dum hæc scriberent, Irenæi locum superius allatum præ oculis habuisse.

(9) Πρηνής. Hanc vocem reddidimus pronus in faciem, Hesychium, Suidam aliosque secuti: quam quidem acceptionem Apollinarii contextus postulare videtur. Vulgatus interpres vertit suspensus. Al. *præceps*.

(10) Λέγων. Hic monet Cl. Montfauconus in Bibliothecæ Coislinianæ codice xxv, fol. 9, post λέγων hæc addit: ἐν τῷ δ' τῆς Ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λόγων. Ubi tamen, sicut et apud Theophyla-

ctum mox infra, λογίων pro λόγων legendum conjicio. Ita enim inscribatur Papiæ opus, teste Eusebio, *Hist. Eccl. lib. III, cap. xxxix*: Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται· ἃ καὶ ἐπιγράφεται Λογίων Κυριακῶν Ἐξηγήσεως. Papiæ vero *quinque omnino feruntur libri, quorum titulus est: De interpretatione oraculorum Dominicorum.*

(11) Πιασθέντα, κ. τ. λ. Locus mendosus, ita restituendus, ut apud Œcumenium statim: ὑπὸ τῆς ἀμάξης ἐπιέσθη, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι. Ad quem proinde textum versionem exegimus.

(12) Πρηνθεὶς. Hic adnotare placet, auctores opinionis a Papiæ traditæ, Act. 1, 18, videri mihi legisse πρηνθεὶς pro πρηνής, uti Græci codices et interpretes hactenus vulgati omnes habent. Grab. — Verum non esse sollicitandam Græci textus lectionem solide evincit Wolfius in suis *Curis philolog.* tom. II, pag. 4011. Accedit Fragmentum vii, modo productum. Ex eo enim liquet, Apollinarium πρηνής in textu legisse: apud Papiam vero πρηνθεὶς in venisse.

IX.

E LIBRO IV. — *Apud Theophylactum in Acta apostolorum.*

Οὐ γὰρ ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ ὁ Ἰούδας, ἀλλ' ἐπεβίω καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. Καὶ τοῦτο σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μαθητὴς ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λόγων, λέγων οὕτως· Μέγα δὲ ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας, πρὸς τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μηδὲ ὑπόθεν ἄμαξο ῥαδίως διέρχεται, ἐκείνον δύνασθαι διελθεῖν. Ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς ὄγκον αὐτοῦ. Τὰ μὲν γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, φασὶ τοσοῦτον ἐξοιδῆσαι, ὡς αὐτὸν μὲν παθόλου τὸ φῶς μὴ βλέπειν· τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ, μηδὲ ὑπὸ λατροῦ διόπτρας ὀφθῆναι δύνασθαι· τοσοῦτον βάθος εἶχον ἀπὸ τῆς ἐξωθεν ἐπιφανείας. Τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ πάσης μὲν ἀσχημοσύνης ἀηδέστερον καὶ μεῖζον φαίνεσθαι· φέρεσθαι δὲ δι' αὐτοῦ τοῦ ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος συρρέοντος ἰχθῶρος τε καὶ σκώληκος εἰς ὕδριν δι' αὐτῶν μόνον τῶν ἀναγκαίων. Μετὰ πολλὰς δὲ βασάνους καὶ τιμωρίας, ἐν ἰδίῳ φασὶ χωρίῳ τελευτήσαντα, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἔρημον καὶ ἀοίκητον τὸ χωρίον μέχρι τῆς νῦν γενέσθαι· ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς σήμερον δύνασθαι τινα ἐκείνον τὸν τόπον παρελθεῖν, ἐὰν μὴ τὰς ῥίνας ταῖς χερσὶν ἐπιφράξῃ· τοσαύτη διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ γῆς ἔκρυσις ἐχώρησε (13).

A Non enim in laqueo Judas mortuus est, sed supervixit demptus antequam suffocaretur. Atque id apertius tradit Papias discipulus Joannis in quarto libro Expositionis Dominicorum verborum, ubi ita dicit: Magnum exemplum impietatis in hoc mundo Judas versatus est, cujus caro inflammata adeo intumuit, ut ne qua plaustrum quidem facile traducitur, ille potuerit transire. At ne ipsa quidem capitis illius mole sola. Nam palpebras oculorum illius in tantum intumuisse ferunt, ut ipse quidem prorsus non videret: oculi vero ejus ne per medici quidem dioptram cerni possent: tanta altitudine ab extrema superficie introrsus abscesserant. Pudenda vero illius quavis re deformi scœdiora atque injucundiora ac majora apparerent: per quæ vermes sanie commisti eu toto corpore confluentes per ipsas solas (nimirum) necessarias partes corporis elaberentur. Post multas autem pœnas et cruciatus in suo prædio aiunt illum mortuum esse: atque ab iis qui juxta illam viam habitant atque versantur, fundum illum usque ad hoc tempus desertum et ab incolis vacuum esse: ac ne ad hodiernum quidem usque diem quemquam per illum locum posse transire, nisi nares manibus obturet: tantus per carnem illius etiam in terram fluxus delatus est.

X.

Ex cod. 2397 bibliothecæ Bodleianæ, anno 1302 et 1303 in abbatiâ Osneyensi prope Oxonium scripto, fol. 286, pag. 2, apud Grabium, Spicileg. tom. II, pag. 34.

(14) Maria Mater Domini: Maria Cleophæ sive Alphei uxor, quæ fuit mater Jacobi episcopi et apostoli, et Symonis et Thaddæi, et cujusdam Joseph: Maria Salome uxor Zebedæi, mater Joannis evangelistæ et Jacobi: Marta Magdalene. Istæ quatuor in Evangelio reperiuntur. Jacobus et Judas, et Joseph filii erant materteræ Domini. Jacobus quoque

C et Joannes alterius materteræ Domini fuerunt filii. Maria Jacobi minoris et Joseph mater, uxor Alphei, soror fuit Mariæ Matris Domini, quam Cleophæ Joannes nominat, vel a patre, vel a gentilitatis familia, vel alia causa. Maria Salome, a viro vel a vico dicitur: hanc eandem Cleophæ quidam dicunt, quod duos viros habuerit.

S. QUADRATUS

ATHENARUM EPISCOPUS

NOTITIA

(GALLAND., *Biblioth. vet. Patr.*, I Proleg. p. LXXII.)

I. S. Quadratus, apostolorum discipulus, prophetiæ dono illustris, episcopus Atheniensis.

II. Pro defensione Christianæ religionis Adriano imperatori libellum apologeticum obtulit, multo in pretio habitum; cujus unum superat fragmentum.

III. Anno 126 oblata hæc Apologia, cum auctor provectæ jam esset ætatis; qui tamen a Quadrato Athenarum pontifice distinguendus non videtur.

(13) Ἐχώρησε. Hanc ipsam Papiæ de Juda sententiam paucis contractam, suppresso auctoris nomine, profert idem Theophylactus, nec non et Eulymius, in *Matth.* cap. xxvii.

(14) Maria Mater Domini, etc. Ista ex Papiæ nostri libris deprompto esse exinde colligo, quia initio

horum verborum ad marginem expresse ascriptum lego: *Papia*. Qui autem hæc descripsit, addidit de suo: *Maria dicitur illuminatrix, sive Stella maris; genuit enim lumen mundi: sermone autem Syro Domina nuncupatur, quia genuit Dominum*. GRAB.